

## Examen Quæſiti.

Finis 12 | 6 } Dimid.  
Durat. 4 | 2 }

Initium 8 | 8

### IV. Probl. Geometricum.

Anglobus etiam maximus non niſi unico  
ſuæ ſuperficie puncto planum attingat ?

*Aſſertio hujus problematis è diametro adverſatur ſenſui.*  
Unde & Protagoras, referente Philoſopho 3. Metaph. t. 8. in hoc  
redarguebat Geometras, ſenſui conſiſus, quod contactus non uno  
ſed pluribus punctis, adeoq; aliqua magnitudinis parte fiat.

Cui aſtipulantur principia Optica: parvum circuli ſegmen-  
tum ſine errore pro recta linea habetur, & parva ſuperficies ſpha-  
rica pro plana, & id quidem tanto magis, quanto circulus aut  
ſphæra major eſt.

Nihilominus verò ſenſus nolens volens rationis iugo eſt  
ſubjiciendus. Ita enim invictiſſimè colligit ratio. Niſi globus,  
quantumvis maximus, planum unico puncto indiviſibi-  
li tangat, ſequentur abſurda abſurdiſſima; inter alia & hoc:  
quod plurimæ & infinitæ lineæ, è centro globi in illum  
(uti ſenſibus apparet) latum contactum ejeçtæ, erunt ſimul o-  
mnes æquales invicem, & ſimul etiam inæquales. Æqua-  
les quidem per definitionem ſphæra: ſunt enim radij ſphæra u-  
nius & ejuſdem. Inæquales verò per prop. penult. libri I. Eucl.  
Dantur enim triangula rectangula plurima, quibus 1. unum la-  
tus eſt commune invicem, perpendicularis ſc. linea à centro globi  
in medium (ut ita cum ſenſu loquar) contactus ducta, & eadem  
cum radio; 2. Baſes, cum illa perpendiculari includentes rectum  
angu.